
Astrologia
Pater Pauli
persica

Gedani 1720.


V
B
J
C

Q. D. B. V.

# ASTROLOGIAM PERSICAM,

*AD INSTANTIAM*

Legati REGIS Persarum,

*DUM GEDANI DEGERET,*

*NUPER CONSCRIPTAM,*

NUNC AB AMICIS REQUISITAM,

*PUBLICAM IN LUCEM PROTRAHENT*

PRÆSES


## PAULUS PATER,

*MATHEMAT. PROF. PUBL.*

ET RESPONDENS

## Paulus Swietlicki,

OSTERODA-BORUSSUS.




In Auditorio Athenei maximo

die VII MAII Anno MDCCXX.

*HORIS CONSUETIS.*

*EX TYPOGRAPHEO PRÆSIDIS.*

VIRIS
*Illustri, Per-Magnificis, Magnificis, Generosis, Maximeqve Strenuis,*
DN. JOHANNI ERNESTO von der Linde/
S. R. Majest. Burg-Grabio, inclutæ Reipubl. Ged. Præ-Con. nec non Nehringæ, Scharpaviæ, Administratori,
DN. GABRIELI á Bömeln/
Præ-Conf. Reipub. h. t. Præsidi, S. R. Majest. Venat. Præf. & Montan. Aministratori.
DN. JOHANNI GODOFREDO à Diesseldorff/
Præ-Cons. Senatus h. t. Vice-Præsidi & Penins. Helensis Administratori.
DN. ABRAHAMO Groddeck/
Ej. Reipul. Cons. h. t. Judici.
*Nec non*
VIRIS
*Summe Maximeqve Reverendis, Excellentissimis atqve Amplissimis*
DN. JOACHIMO Weickhmann/
S.S. Theol. Doctori, ad Ædem D. Mariæ Pastori Primario, ac Reverendi Minist. Invar. Aug. Confess. Seniori.
DN. JOHANNI GEORGIO Abicht/
S. S. Theol. Doctori, P. P. Ath. Ged. Rectori & ad S. S. Trinit. Æd. Pastori.



DN. Gottlieb Richter/
DN. ANDREÆ WASCHETA,
Illi ad Æd. S. S. Trinit. Diacono, huic Ecclesiastæ ad Æd. D. Annæ, mihiqve á Confessionibus.
VIRO
*Spectatissimo, Honoratissimoqve*
DN. ALBERTO Groddeck/
Celeberrimi Emporii Ged. Mercatori Florentissimo;
*Dominis Patronis, Evergetis ac Promotoribus omni observantiæ & pietatis genere, iugiter colendis, proseqvendis.*



Exercitium hocce Disputatorium, cum ardentissimo felicitatis omnigenæ voto, in devinctissimi animi argumentum, dat, dicat, consecrat

Tantorum Nominum
Cultor perpetuus
PAULUS SWIETLICKI,
Osteroda-Boruss.

# PRÆFATIO
# AD LECTOREM BENEVOLUM.



*Vartus annus est, qvod moderni Persarum Regis* SOLIMANNI II *Legatus* MAHOMET RIZABEEG,*Servaniæ & adiacentis Caspii maris Chaanus, seu Gubernator, ex aula Gallicana redux apud nos divertit, & per plures menses substitit. Qvæsivit ille altera mox die, numqvis hic esset* Minazim, *seu Ephemeridum conditor? Accersitum interrogat: Ecqvot hic essent Astrologi & Calendariographi? Plures qvidem adesse, sed non præcipere, nec exercere hanc artem respondi. Ecqvotnam possident Calendaria instat? Millia regessi vel in hac unica civitate hominum esse qvi illis utantur. Qvomodo unus & alter Minazimorum sufficit multiplicandis tot exemplaribus libri? Novam Europæis esse artem dixi, nimirum Typographiam:* Imprimit illa die qvantum non scribitur anno. *Mox Calendarium Arabica lingva, aureis etiam literis, qvibus Orientales impense delectantur, pulchre & eleganter exaratum, e sinu promit mecumqve communicat. Dixi Arabicam lingvam me non didicisse, nec Planetarum aspectus pro more nostræ gentis consignatos me hic prospicere: ut ergo certior fieret, an in astrorum motu nostratia Calendaria cum Persicis consentirent, collatis utrinqve Ephemeridibus, convenire quidem in pluribus; sed discrepare etiam in multis, præsertim motu Martis & Lunæ nostrates a Persicis Astronomis, Interpres Legati, vir non indoctus, exoticarum & Germanicæ etiam lingvæ peritus dixerat: in Horis quoque aspectuum, propter diversitatem Meridianorum, magnam in computo nostro observavimus differentiam. Non exigua qvoqve in Noviluniorum præcipue & Pleniluniorum determinatione apparebat varietas; immo configurationes superiorum Planetarum multo tardius atque nostras accidisse, & quod maxime mireris, cum Persia locus sit orientalior, aliqvot horis citius interdum contigisse. Placuit & qvatuor anni tempora cum Persico conferre calculo, & hic in horis & minutis, quæ mox citius, mox tardius evenere, discrepantiam subinde notavimus. Ingressus etiam Planetarum in Signiferum cœlestem per biduum, triduumve, propter diversum Tabularum Astronomicarum usum, contrarius nobis fuit. Sileo alia de annis, mensibus & diebus, in qvibus Persæ a nobis plane in aliam abeunt supputationem. Et*

*cum*

*cum Excellentiſſimus Legatus ſibi perſvaſiſſet, nihil a rei veritate abludere, qvæ in bonam æqve ac malam partem Perſarum Aſtrologi prædicerent, modeſte repoſui, notitiam rerum futurarum divinum Numen ſibi ſoli vindicare, Aſtrologiæ nihil veri tribui, nec ullos in rebus civilibus, qvos promittit effectus, determinare poſſe. Opinionem duntaxat eſſe vetuſtiſſimam qvæ in mente humana tam altas per tot ſecula egit radices, ut non facile evelli funditus qveant. Adhæc nihil in hac rerum univerſitate exiſtere, in qvo ſibi indulgentius licentiusqve blandiantur homines, etiam in politica Gentium omnium virtute & eruditione alias exercitati, qvam in futurorum divinatione. Atqve etiam inde eſt, qvod homines omnem artem qvæ id venditat, tam avide conſectentur, eosqve qvi tale qvid pollicentur, omni genere bi demereri cupiant: qvaſi aliqvid ſint, aut ſciant plus qvam mortali conveniat, aut ſcire fas ſit: hinc divinos ex eo appellat, qvia pars nimirum divinitatis id præſcire, qvod ſit eventurum, cum ad DEUM proprie pertineat hæc facultas, qvam niſi ab eo donatam & infuſam divinitus, hominum nemo poſſidere poſſit. His elogiis, præmiis atqve honore illecti, haud mirum eſt multos ſemper repertos fuiſſe, qvi etiam qvod neſcivere, ultro ſe eius rei perfectiſſimam habere ſcientiam finxerint: nam falli volentibus nunqvam deſunt fallere parati: præcipue ſi proſpexerint ſe operæ pretium facturos, & ſtulta aliorum credulitate abuti cum ſuo emolumento poſſe. His de cauſis Arabes qvoqve & Perſæ, qvi repertores eius artis extiterunt, divinam qvoqve iactarunt: qvod non ſolum efficiat hominum fata, ſed etiam prænunciet. Et qvo tutius imponerent ignaris & ſuperſtitioſis populis, ne aliter credere poſſent, qvam divinum eſſe & cœleſte qvod profiterentur, aſtra illa ex quorum ratiocinationibus anteacta & futura explicare ſe poſſe prædicabant, ipſiſſimos Deos eſſe hominibus perſvaſerunt.*

*Hæc ſunt, Lector amice, de rebus Aſtrologicis a me tum conſignata, quæ etiam neglecta adhuc iacuiſſent, niſi eximio iuveni* PAULO SWIETLICKI *diſſertationis argumentum eligere, inque Athenei theatrum protrahere arriſiſſet. Gratificatus ſum hoc ei tanto lubentius, quanto pulchrius in Gymnaſio Thorunenſi Pater eius pie defunctus noſtro ſub præſidio olim ſteterit. Erit ab eo oppoſituris, pro virili, ſat ſcio, placida reſponſio, audituris vero omnibus parata amicitia, reverentia, obſequium. Finito hoc in Lyceo exercitio, in Argentoratenſem Academiam noſtro conſilio iter meditatur.* DEUS *illi Patronos in vota faventes excitet, ſuaque gratia præveniat & ſubſequatur!*



# CAPUT I.

## DE ASTROLOGIÆ ETYMO, OBIECTO, PRÆSTANTIA ET UTILITATE IN OMNI ERUDITIONIS GENERE: DE EIUS ORTU ET PROGRESSU IN ASIA, REGNO PERSARUM ET VICINIS GENTIBUS.

I.



*Strologia* a plerisqve Philoſophis dicitur doctrina, qvæ ex ſitu aſtrorum de rebus futuris iudicat. Nomen indicat vocem conflatam eſſe ex *aſtre*, vel *aſtro*: denotat autem *aſter*, *aſtris*, unam duntaxat ſtellam; *aſtrum* vero congeriem variarum ſtellarum, qvæ vulgo & *aſteriſmus*, ein geſtirnetes Bild / imago ſtellarum dicitur. Altera vox Græca, qva cum componitur, latentem in mente, vel ore prolatum ſonum indigitat. Germanice die Sterndeuterkunſt: hinc Aſtrologia iudiciaria, die Calender-Schreiber-Kunſt.

II. Laxius autem *Aſtrologiæ* nomen & ſignificationem veteres extenderunt, nec eam ſcientiam qvam *Aſtronomiam* nunc dicimus, diſſimilem illi fecerunt: inde Ariſtoteles *Aſtrologiam* vocat, qvam Plato *Aſtronomiam* dixit. Magna tamen hodie inter utramqve diſciplinam diſtinctio: nam ut illa ex aſtrorum diſpoſitione, divinatrice qvadam & vaticina ratione res diiudicat; ita hæc motum potiſſimum, magnitudinem & diſtantiam a ſe invicem cœleſtium corporum, eclipſes, & lunæ illuminandi modum aliaqve obſervata phænomena calculo præfinit, & geometrica norma demonſtrat.

III. Versatur autem *Astrologia* potissimum circa corpus naturale, non qvodvis qvidem, sed qvatenus ad cœlestia refertur, motibusqve suis est obnoxium; unde *cœlestis* etiam *Physiologia* a qvibusdam appellatur. Itaqve, cum *Physice* in eo perpetua sit, ut cœlum qvatenus corpus naturale est contempletur, *Astrologia* hanc sibi gloriam vendicat, ut cœli corpora circa centrum seu medium circulari aut elliptica ratione mobilia, qvid significent exponat.

IV. Dignitas & præstantia utriusqve scientiæ vel ex nobilitate obiecti colligitur. Qvid enim in tota hac rerum universitate sublimius cœlesti machina ac compage? Qvid excellentius, qvam procul a strepitu inaniqve discursu cœlestia meditari, ideasqve naturæ altius rimari? Qvid maius, qvam orbitas cœlestium corporum scire & qvæ illis adhærent, per causas suas cognoscere? Unde etiam *Sulmonensium vates* rem probe expendens ait:

*Felices animæ qvibus hæc cognoscere primis,*
*Inqve domos superas scandere cura fuit!*

Nec immerito: enarrant enim cœli gloriam Domini. Et cui non hæc contemplando terrena omnia sordescunt? Illic nobis esse patriam Anaxagoras edixit, & vel unius Solis intuendi causa natum se esse affirmavit. Ptolomæus cœlestium rerum studio ita tenebatur, ut qvotiescunqve sidera contemplaretur, nectare qvasi & ambrosia se vesci, & nihil sibi laboris ingratum esse assereret.

V. Qvanta eius porro sit utilitas in publicis privatisqve nemo ignorat: tam late porro se diffundit, ut arbitrer vix ordinem esse aliqvem hominum, qvi commode hac carere possit. Absqve Astronomica enim scientia Theologus, aut ecclesiæ minister si fuerit, sacrum Bibliorum codicem de his rebus loqventem qvomodo explanabit? Certe divo Augustino in explicatione divinarum literarum plurimum sibi profuisse eius peritiam, ipse palam profitetur. Politici qvoqve & Iurisconsulti norma temporis, qvæ a motu orbium cœlestium dependet, variis in negotiis, præcipue iis qvæ contractus civiles & militares spectant, carere neqveunt. Medicorum etiam filii, Patres de statis morborum temporibus, eorumqve auxiliis scite differentes, sine

ſiderum cognitione, ſatis capere non poſſunt. Qvi hiſtoriam vero & literas, qvas humaniores vocamus colunt, aut ſcriptores de re ruſtica & navigandi artificio legunt, hac notitia tam indigent, qvam qvi maxime. Qvid dicam de aliis diſciplinis, Phyſica, Poetica, Oeconomia, nemo ſane felici tramite ad metam contendet, ſine circulorum cœleſtium doctrina. His de cauſis, ſtudium hoc inter cætera mathematica principem facile locum ſemper obtinuiſſe, atqve a divinis ingeniis maxime excultum fuiſſe, ſacri & profani teſtantur annales.

VI. Primam hominum ſcientiam Aſtronomiam fuisſe, Ioſephus non incelebris rerum Iudaicarum ſcriptor aſſerit, hanc omnium parens Adamus haut dubie calluit, & ad ſummos qvoqve Patres, qvibus ſingulis fere coævus extitit, propagavit. Veriſimile admodum, eosdem tum longævos, tum ſanctitatis undiqve compotes fuiſſe, modo ut ſiderum curſus eorumqve principia & affectiones, eo accuratius noſſe & explicare poſſent. Monumentis ab eodem Ioſepho proditum eſt, qvi fide ipſe viderit, Sethi nepotes, poſtqvam inaudiviſſent, Protoplaſtum duplicem mundi interitum, aqvis & incendio, divinitus ſibi revelatum prædixisſe, duas excitaſſe columnas, alteram lateritiam, lapideam alteram, atqve utriqve ſua inventa Aſtronomica, variis characteribus & notis hieroglyphicis inſcipſisſe: nam cum reliqvas artes & ſcientias, licet perditas, adminiculo humani intellectus, reſtitui facile poſſe intelligerent, de ſola Aſtronomia, ut qvæ non niſi longo tempore, vigili, aſſiduisqve Obſervationibus abſolvitur, curæ ipſis ſurrexere; atqve eo fine geminas illas columnas erexerunt: ut ſi recluſis cdi forte terræqve catarrhactis diluvio deleri mundum contigeret, lapidea ſupereſſet; ſin vero incendio oborto crematur Orbis, ex lateribus conflata igni reſiſteret, hominibusqve ſideralem ſcientiam diſcendi copiam faceret. Et hanc qvidem a Noacho in Syria poſtea repertam & Cæſarum adhuc ævo ſuperſtitem & a ſe viſam fuiſſe, laudatus Ioſephus narrat. * Idem etiam pari fide commemorat, Henochum Noachi proavum, libros qvosdam de rebus Aſtronomicis conſcipſiſſe, qvi hodienum in Bibliotheca Reginæ Sabæ extant; provocat ad hos etiam Tertullianus, qvi multa inde ſe ex-

cerpsisse asserit, qvæ aliis communicavit, genuinosqve Henochi esse codices variis rationibus probare annititur. **

* Ioseph. antiqvit. Iudaicar. lib: I, cap, 3.

** Tertullian. de Idololat. cap. IV, seqq. item de habitu mulier. cap. III.

VII. Exacto diluvio in Asia Armeniæ montibus Arca adhæsit, ex qva summus Pater digressus, commodam nactus stationem, Astronomiam restituit, qvæ temporis successu a variis postmodum nationibus exculta fuit. Assyrios vero, Chaldæos, Persas & Mesopotamios, præ aliis gentibus orientis in ea excelluisse scriptores tradunt, hos inter Abrahamus, at qvantæ pietatis & obseqvii vir! haud dubie referendus, unde etiam apta ad rem allusione, de sobole sua stellis æqvanda, a divino numine promissionem accepit. *

* Decima vero post diluvium generatione apud Chaldæos erat vir iustus ac magnus, cœlestium rerum habens experientiam. *Eusebius de Prparat. Evangelii* lib. IX, cap. 7.

IIX. Posteri Abrahami, ubi cum patre eorum Iacobo frumentandi gratia in Ægyptum excurrissent, ibidemqve sedem fixissent, in hac etiam orbis parte Astronomia incrementa cepit, cum & regionis illius situs sideribus spectandis amplissimum theatrum panderet, & incolæ illius egregia ad discendum indole essent præditi. *

* Ægyptii & Babylonii in camporum patentium æqvoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, qvod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *Cicero de divinatione lib. I.*

IX. Eodem tempore, imo mox post diluvium Chinensibus sublimis ingenii populis, hæc qvoqve scientia innotuit: iactant enim se habere in annalibus Observationes cœli a qvatuor annorum millibus. * Et sane nemo inficias iverit, cursa matheseos studia huic genti præ aliis summopere curæ fuisse, & Astronomiæ pretium supra fidem apud eam invaluisse, principes qvoqve viros eius amore captos noctu interdiu ab illis contemplatione pependisse. Laborem etiam Solis, CHRISTO PATIENTE, curatius atqve in novo fœdere extat conitasse. Interim res mira, a tanto tempore nobilissimam artem ad certiora principia ab ipsis deductam non fuisse: constat enim anteqvam Europæi iter ad has nationes suscepissent in supputatione eclipsium non undiqvaqve exactos fuisse, sed per res horas, imo integros dies aberrasse, nec statum in p-

prognosi tempns siderum motui respondisse. Nunc postqvam eorum Tabulæ Astronomicæ correctionem accepissent, in prædicendis cœli phænomenis, peregrinis nihil qvicqvam concedunt.

* Ioh. Adam Schall de ortu & progressu fidei in regno Chinensi. Conf. & Athan: Kircherum in China illustrata.

* Pater Lovis Comte in Epistola ad Purpuratum. Rom. Ecclesiæ EGONEM a Fürstenberg / de statu præsenti Imperii Sinensis, im heutigen Sina: Sie/ die Sineser / haben von mehr als vier Tausend Jahren mit Fleiß den Lauff der Sternen beobachtet; unterlaßen auch anitzo nicht ihre Observationes fortzusetzen / und es seyn alle Nacht fünf Mathematici zu Pekin auf den Keyserlichen Observatorio, oder hohen Thurm / welche unaufhörlich den Himmel betrachten. Einer nimmt sich vor dasjenige zubeobachten / was sich um den Scheitelpunct begiebet / ein ander hat die Augen gegen Aufgang / der dritte gegen Niedergang / der vierte gegen Mittag / und der fünfte gegen Mitternacht gerichtet: damit nichts von allem / was an allen vier Enden der Welt vorgehet / ihrer Aufachtsamkeit entgehen könne. Sie bemercken die Winde / den Regen / die Beschaffenheit der Luft / die ungewöhnlichen Himmels-Begebenheiten; als die Finsternisse / die Zusammenkünffte und Gegenscheine der Planeten / die Cometen / das Feuer / die Lufftzeichen / und alles was einigen Nutzen geben kan. Sie halten hierüber genaue Rechnung / welche sie alle Morgen dem Præsidenten des Mathematischen Tribunals übergeben: damit sie denen Registern dieses Gerichts einverleibet werden. Et paulo ante in eadem epistola: Man siehet nichts in Europa, was mit diesem berühmten Observatorio zuvergleichen wäre; sowol was die Pracht des Orts / als die grösse der meßingenen Machinen betrifft / welche vor sieben hundert Jahren gemacht / und nachdem sie so viel Jahr-Hundert anf einer erhobnen Ebne seinen weiten Umgangs frey gestanden / annoch so richtig und so nett seyn / als wenn sie nur aus dem Guß kommen wären. Ihre Abtheilungen sind überaus genau / ihre Beschaffenheit und Stellung zum observiren sehr geschickt und das gantze Werck künstlich. Mit einem Wort / mich bedünckt / Sina verhöne alle andere Nationen, daß sie mit allen ihren Wissenschaften / und mit allen ihren Reichthümern keines dergleichen bewerckstelligen können. Et alibi: Ich habe mich nicht gnug verwundern können / daß Leute auf sechs tausend Meilwegs von uns entfernet / dergleichen Mathematische Instrumenta haben verfertigen können / und gestehe / wenn alle Cirkel die ihre Abtheilung haben / von unsern Künstlern von neuen solten übersehen werden / so würde man in diesem Stücke nichts vollkommeners verlangen können. Es ist sich aber zu verwundern / daß die Chineser mit ihren so kostbaren Instrumenten / mit ihrer so grosser Mühe so wenig ausgerichtet haben. Sie solten nach mehr als vier Tausend Jahren / binnen welchen sie mit Fleiß den Lauff der Sternen beobachtet / eine vollkommene Wissenschaft derselben erlanget haben: unterdessen als unsere Patres in Sina kommen / war ihr Fortkommen in der Sternkunst von so geringer Beschaffenheit / daß ihre Mathematici mit aller ihrer Bemühung, kaum schlechthin eine Sonnen-Finsterniß vorher anzeigen kunten.

X. Non longo etiam intervallo Astronomiæ notitia ad Assyrios, Babylonios Arabesqve pervenit. A Thare divini cultus desertore Chaldæos accepisse, sunt qvi asserunt. An

vero laudatæ modo gentes eandem ab Ægyptiis hauserint, ut celeberrimus Vossius censet, an vero hi a Chaldæis didicerint incertum; illud liqvidæ veritatis, Observationes Assyriorum Babyloniorumqve longe esse antiqviores Ægyptiorum, cum nullæ horum sint qvi Alexandri M. excessum præeant; Babyloniorum vero annales fere bis millenis annis exitum Alexandri, ut a Porphyrio relatum antecedant.

# CAPUT II.

## DE PERSIS EORUMQ. STUDIO ASTROLOG.

I. In Persiam tandem, qvo nos instituti ratio vocat abeundum: Dicitur alias regnum *M. Sophi*, vel *Sophorum*, ab *Ismaele Sophi* exercitus duce, qvi mira armorum felicitate, expulsis Turcis, Persiam pristinæ suæ gloriæ libertatiqve restituit, & primus regiæ familiæ *Sophorum titulum* invexit, qvi hodienum continua successione locum ibidem obtinet. Sita est Persia iuxta delineationem *Abrahami Ortelii* a grad. 58 longit. ad 120 latitud. vero gr. 25 ad usqve 45 qvi milliaria Germanica 300 constituunt. Circumscribitur qva septentrionem prospicit mari Caspio sive Hyrcano, itemqve fluvio Ambiano, Oxo olim dicto: a meridie sinum Persicum & mare Indicum aspicit: ab ortu Indo & Baleano fluviis discernitur: ad occidentem Ephratem Tigridemqve retinet, & imperium Turcicum admittit. Varia & amœna Persiæ facies, temperies aeris salutaris, qvam Q. Curtius ita describit: *Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum cœlum, hinc perpetuum iugum opacum & umbrosum, qvod æstus levat; illinc mare adiunctum, qvod modico tepore terras fovet*: solum fertilissimum, latissimis pratis patescens. Animalium non benigna modo mater, sed & nutrix solicita: multi ibi greges ovium, qvarum pelles, pro capitis ornamento, Poloni in deliciis nuper habere cœperunt: multa ibi boum armenta, qvæ montibus hyeme depulsa herbis & tepore verno nitescunt: multa ibi ferarum eqvorumqve copia, semperqve Persæ optimi fuere eqvites. Abundat præterea tritico, hordeo, milio & similibus frugum generibus: vini itidem generosissimi magna ubertas, cuius tria potissimum genera celebrantur, nimirum *Schirassense*, *Resdense*, & *Ispahalense*, a regni metropoli

sic

ſic dictum. Metallis qvoqve affluit nec non gemmis, margaritis pretioſisqve lapillis: auri & argenti in fodinis nonnihil hic inventum, ſed pretio labori non reſpondente, vicinis ex regionibus repetere illud malunt. Portus celebres & fluvios navigabiles plures in confiniis habet: in Aſſyria Tigridem, in Meſopotamia Ephratem, in Margiana Abianum aliosqve. Montana hic qvoqve ſunt omnia: Taurus mons, perinde ſicut Apenninus Italiam, hic vario ductu Perſiam interſecat, inqve duo dividit latera. Sylvas habet immenſas, qvercu, pinu & abiete refertas, immanibusqve feris, tigribus, pantheris, leonibus & pardis plenas. Sileo alia olim hic memorabilia, cumprimis *pontem* illum *mirificum* in urbe Babylone a Semiramide ſupra Euphratem ædificatum, nec non *hortos penſiles*, ab eadem regina ibidem exſtructos; illud tantum monuiſſe ſufficiat, linguam Perſicam cum Germanica habere qvandam affinitatem & convenientiam; vocant enim Patrem *Fater*, Matrem *Moter*, Fratrem *Broter*, agnum *Schop*, eqvum *Pert*, feſſum & perplexum *Math*, hinc *Math-Schach*, vel *Schach-Math*, Rex eſt feſſus & turbatus, ſi in *luſu Schachico* Regi non datur via elabendi. Luſus modo laudatus, *Regius* vulgo appellatur, cui Perſæ natales dedere, eiqve impenſe delectantur, exhibet ſimulacrum cuiusdam pugnæ: *Schach* enim Perſis idem qvod Turcis *Sultaan*, aut Tartaris *Chaan*, dux aut imperator. Luſus vere ingenioſus, & inventum plane philoſophicum & mathematicum, ubi in tabula luſoria Rex cum ducibus & gregariis qvaſi militibus, ex arte tactica, locum ſuum qvisqve occupat.

II. Mores & ſtudia Perſarum qvod attinet, hodie multo ſunt molliores qvam Turcæ Saraceniqve, liberales & civilitatem amantes: candide ſimpliciterqve omnia agunt, & æqvales in occurſu oſculo excipiunt. Eodem hoc ritu modernum Galliarum regem, minorennem adhuc, Perſarum Legatus nuper ſalutare dum conaretur, ab Ephoro eius cohibitus & non niſi ad oſculum porrectæ manus admiſſus fuit: adulari neſciunt, ſed æqvabili iure cum omnibus vivunt, neqve mendacio neqve impoſturæ dediti: latrociniis vel homicidiis infames eſſe, apud nullum ſcriptorem legimus. Hoſpites humanitate excipiunt,

cipiunt, & ab omni iniuria prohibent, plusqve apud eos boni mores valent, qvam alibi bonæ leges. Et cum incommodos perqvam vicinos habeant, armorum illis perpetua fere cura, illis innaſci, innutriri immoriqve cupiunt. Omnis vita illorum, ſecus qvam fit apud Turcas, in ſtudiis, præcipue vero Aſtrologicis, Medicis arteqve Poetica, in qva Oleario teſte, paria cum Europæis faciunt. Aſtronomica ſtudia maiores ſuos a *Daniele vate* hauſiſſe & ex ludo eius literario prodiisſe iactitant. Vocabantur illi olim *Magi*, nunc patria lingva *Minazimorum* nomine ſalutantur: denotat autem Perſica hæc vox *ſapientem*, qvi admirabiles in natura effectus, per occultam qvandam aſtrorum ſcientiam producit. Neqve tamen ſoli Perſæ, ſed aliæ qvoqve gentes *Magos* ſive veræ philoſophiæ cultores habuere. Erant autem olim *Magi* & hodienum ſunt Regum Conſiliarii, Officiales, & Magiſtratum gerentes, viri alias docti, & bonarum artium ſtudioſi, qvos Græci appelarunt *Philoſophos*, Ægyptii *Sapientiæ Sacerdotes*. Laudatus modo divinus vates Daniel varios eorum ordines recenſet: haruſpices, augures, hariolos, magos & promiſcuam Aſtrologorum turbam. Imperii etiam honorem iisdem tributum fuiſſe Dionyſius Petavius aſſerit; ſed ex ſacris pariter & profanis annalibus conſtat, diſtincta Regum & Magorum apud Perſas fuiſſe officia. Biga illa Magorum qvæ Hieroſolymam acceſſerat, ut natum non ita multo ante Regem Iudæorum, tanqvam creatorem aſtrorum & Dominum ſuum, prima omnium adoraret, origine Perſas fuiſſe plurimi contendunt: ſiqvidem ex ſacro Danielis codice, qvi hic locorum aſſervabatur, præ aliis gentibus orientis Meſſiæ notitiam habere potuerint. Ex Meſopotamia eo profectos eſſe Torniellus & Ianſenius aſſerunt: celeberrimus Grotius & Spondanus ex donis potius, honoris ergo oblatis, & recte qvidem, qvam ipſo nomine Arabes eſſe probare conantur. *Aſtrognoſiæ* peritiſſimos irrefragabili iudicio conſtat, qvod primo ſtatim intuitu agnoverint ſtellam, qvæ in oriente illis apparuit, non ex genere vulgo ſibi cognitarum, ſed vel *Cometam*, vel *Iacobeam* illam *ſtellam* hunc fuiſſe hodegum, aut *genium* qvendam, ſub flammæ vel ignis ſpecie excubitorem ductoremqve eorum extitiſſe. Ioh. de

Bruſſiers

Buſſiers in *luſibus poeticis*, rariori libello, rem omnem divinæ aſtrorumqve ſcientiæ accommodans, de ſtella hac Magis præ-lucente hunc in modum canit:

*Sed Michael monſtrante DEO myſteria callens*
*Abdita & obſcuris retegens velamina rebus*
*Grande opus aggreditur. Cœlum qvod ſidera volvit*
*Fixa locis, rapidoqve trahit lucentia curſu*
*Inſidet, oſtentum & terris mirabile, condit*
*Materiam cœlo ereptam, qva purior orbis*
*Compingit, denſatqve, ſimul conformat acutos*
*In radios, lumenqve addit, flammamqve nitentem;*
*Illa polo fulget, vibrat aurum, operaqve recente*
*Artificis, ſocios ſplendore illuminat ignes.*

III. Verum miſſo alieno, proprio iam choro pedem inferamus, denarraturi ex ſcriptoribus, Perſas omni ævo Aſtronomiæ & Aſtrologiæ ſtudio deditos fuiſſe, neomenias notaſſe, eclipſes ſupputasſe, annum qva ſolarem, qva lunarem probe diſtinxiſſe, ephemerides ex ſiderum motu contexuisſe, qvibus *Almanachiorum*, hoc eſt *ſtrenæ* vel *muneris auguſti* nomen indiderunt; præcipue vero Solis ingresſum in cœleſte Arietis ſignum, tanqvam totius anni ſui caput, curatius obſervant, qva de re illuſtris vir *Adamus Olearius*, qvi Holſatiæ qvondam Ducis in Perſiam Legato a ſecretis erat, teſtis oculatus ita ſcribit: *Perſæ æqvinoctii tempus, ceu initium novi anni, horam cum minutis, qvando ſol æqvatorem contingit, diligenter obſervant, eſtqve illud præcipuum opus Aſtronomorum, omnes tum temporis cum Aſtrolabiis ſuis altitudinem Solis capiunt, qvia nec horologia artificialia, nec ſciaterica habent.* Actutum igitur hoc tempus proclamatur, omnes in iubila, omnes in feſtivas acclamationes effunduntur, & lætos hilaresqve ſe præſtant. Formoſiſſimus qvisqve deligitur, qvi *Novum annum* Regi gratuletur, & una Ephemerides, ſeu Calendarium, elegantiſſime in defectu typographiæ deſcriptum, in paropſide argentea noctu offerat: inſunt præterea eidem muneris loco nummi aurei duo in Perſia recens cuſi, adhæc triticum, hordeum, piſa Indica, ciceres, ſeſama & oryza, fruſtum itidem ſacchari & qvæ alia, omnimodam anni ineuntis fertilitatem deſignantia. Huic Ephe-

meridum latori ex ordine reliqvi una cum muneribus suis succedunt; & primo qvidem loco exercitus Imperator, hunc seqvitur Præfectus ærarii, Moderator apparatus bellici, sive munitionum & armamentarii regii, Consiliarii, Officiales, nobiles, singuli secundum dignitatem & iuxta familias distincti. Magna hos inter æmulatio, & alter alterum munerum præstantia superare contendit, modo ut Domini gratiam fœneretur sibiqve viam ad maiores aliqvando strueret honores & beneficia obtinenda. His Rex vicissim vestes novas, pretiosas pelles, gemmas aliaqve hostimenta distribui curat, epulas instaurari iubet, & tum plures dies compotationibus & commessationibus, inter tubarum tibiarumqve cantus, in campis, hortis, montibus, stagnis & fluminibus insumuntnr, & proceres æqve ac universus populus otio & luxu diffluunt.

IV. Neqve tamen circa anni modo auspicia ad effata Astrologorum Persæ recurrunt, sed qvocunqve tempore, rebus in agendis, auxilia ab iisdem poscunt, & iuxta sententiam illorum, teste Peregrinatore illustri, * expedienda conficiunt. Ipse Rex Ephemeridum conditores qvasi Deorum consiliarios habet, nec qvicqvam sine eorum nutu arbitratuque auspicatur, quod sane insipidum & nullatenus Regi regnoque proficuum: solent enim vani isti astrorum scrutatores ea non raro prognosticis suis inserere, quæ e re sua potius, quam ex utilitate Principis forent. Atque ut fidem faciant de futuris eventibus, non ex eorum opinione ea proferunt, sed collatis transscriptisqve antiquissimorum sententiis, ab autoritate mendacio suffragium venantur.

* Petrus della Valle in Itinerar. Die Sternkunst ist in Persien so gemein/ daß in dem Feld fast alle Soldaten wiewol sie sonst gantz nichts verstehen/ aus ihrem Tacvim, oder Calender/ so sie auf der Brust tragen/ ohne einige andere Bücher eigentlich zusagen wissen: Heute geschicht eine Zusammenkunfft/ oder Gegenstand dieses und dieses Planeten mit einem andern/ und also alle andere himmlische Begebenheiten. Ja der König selbst hat allezeit einen Sternkündiger bey sich gehabt/ und fangt nichts an/ er habe ihn dann zuvor um Rath gefragt/ &c. Dieser Königl. Sternkluge heisset Monadgen-Bach, daß ist/ der grosse und oberste unter den Gelehrten, und muß allezeit dem König vorher sagen/ was ihm diesen Tag vor Glück und Unglück begegnen werde. Seine Wahrsagungen haben so viel Ansehens/ als vorzeiten der Götter. In der Hand hat er allezeit eine Schnur von allerhand kleinen Kugeln/ auch von Gestalt anderer Figuren; an der Seiten aber ein Astrolabium hangen. Nach dieser Schnur giebt er zur Verrichtung einer indifferenten Sache/ als zum Reiten/ Jagen/ Spatzirenfahren/

Schröpffen / Baden / &c. Anzeigungen / welches die guten und bösen Stunden. Manchmal schlägt er auch die Hand unversehns auf die Kügelgen seiner Schnur / da rechnet er die Zahl derselben / nach gleich und ungleich zusammen / und saget / wie man sich verhalten müße. In Sachen aber von Wichtigkeit / ergreifft er sein Astolabium und rechnet alles nach dem Lauff der Sterne / ihren Aspecten und Erscheinungen / oder schlägt seine Ephemerides und Calender-Rechnung auf; und darumb muß auch dieses Ampt mit einen sehr gelehrten Astrologo versehen seyn. Idem alibi: die Ephemerides, oder Zeit-Rechnung / so die Persianer ausgehen lassen / sind nicht wie die unsrige / für viel aufeinander folgende Jahre / weil sie keine Buchdruckerey haben / dieselben aber abzuschreiben gar zu grosse Mühe kosten würde; sondern sind nur auf ein einiges Jahr gerichtet / also daß sie leicht abzuschreiben / und nicht grösser / als wie unsere Calender seyn. Es werden aber derselben so viel gemacht / daß nicht ein einiger Mensch / der lesen kan / der seinen Tacvim, oder Calender nicht auf der Brust triege / und jedesmal was am Firmament vorgehet / ob es eine gute oder böse Stunde sey / diese oder jene Geschäffte anzufangen / darinnen sich ersehen und Raths erholen solte.

V. Pollicem huic Peregrinatori qvoqve premit laudatus *Olearius*, & ipse peregrinatione clarissimus, in ipso *Itinerarii Persici* exordio referens, Persas perinde atqve olim Magorum tempore, studia Astrologica magni facere, cultores eorum meritorum præmiis afficere, variisqve immunitatibus donare: modo ut illis vicissim faciles se præbeant, qvoties in exploranda DEI voluntate, pro felici rerum successu, studio & opera illorum opus habuerint. *

* Das Studium Astronomicum oder die Wissenschafft von deß Himmels-Lauff ist gleich wie vor alten Zeiten / da die Magi noch waren / also auch noch jetzt bey den Persern in hohem Werth / und die damit umgehen / werden Minatzim genant / haben auch vom König und Chanen ihre gewisse Bestallung / wiewol nicht so sehr um die Theoretische Wissenschafft / was die Bewegung der Sternen betrifft / als um daß Prognosticiren / oder aus demselben nach ihren Würckungen etwas zu weissagen. Es will auch niemand die Astronomiam ohne die Astrologiam gerne lernen / ja lieben jene vielmehr wegen dieser. Dann sie empfindens auch / daß die Astronomia seye eine arme Mutter / welche die Astrologiam zur reichen Tochter hat / und muß von derselben ernähret werden. Der Minatzim trägt stets sein Astrolabium bey sich im Busen / daß er nach Erforderung alsbald ein Thema aufrichten kan. Aber nach der Geburts-Stunde eine Nativität zu stellen / kan nicht bey gemeinen Leuten geschehen / weil sie keine Stunden-Zeiger haben / durch welche sie das Moment sowol / als bey grossen Herren / durch das Astrolabium anmercken können. Et paulo post: Von der Astrologia oder Planeten-Lesen halten sie sehr viel / ja mehr als sichs gebühret / und haben solchen Aberglauben ohne Zweiffel von den alten Chaldeern / welche wie Cicero de Divinat. saget / darinnen berühmt waren / bekommen / sie sollen nicht glauben / was Salmasius zum Schimpf der Astrologia [zwar etwas hart] schleußt: Aut Astra Dii, aut nulla est Astrologia. Die Perser glauben mit den Arabern / daß Intelligentiæ sind / welche die Gestirn regieren. Sie seynd für sich ein aberglaubisch Volck / wenn nun ein Minatzim mit seiner Wahrsagerey darzu komt / können sie gar leicht dahin gebracht werden / daß sie / entweder aus Hoffnung zum Guten / oder aus Furcht deß Bösen / etwas vornehmen / das sie sonst nicht thäten.

VI. Ex his recentissimis autoribus apparet, qvam insignes Persæ cum vicinis gentibus nunc qvoqve sint Astrologi, Genethliaci Planetariiqve. Sileo veterum scriptorum de hac superstitione testimonia: Ptolemæi, Plinii, Solini: Barnabæ Brissonii, Rein. Reineccii, cuius opera *Histor. Orientalium*, ut cætera omnia, plane sunt eximia: Petri Bizari & Henr. Peniæ *Persarum Chronica*: illustris viri Iac. Bongarsii *Gesta DEI per Francos*, qvæ tamen rarissime, qvod dolendum, reperiuntur: Ioh. a Düsseldorff *Itinerarium Orientis*, magna prudentia conscriptum: Ioh. de Læt *Rempub. Persicam*, Ioh. Thomæ Mindani, Schikardi, Welschii, Beckii, Persii, & insigne opus *Scriptorum rerum Persicarum*, in unum corpus collectorum, apud Wechelos Francofurti editum.

# CAPUT III.

## DE FUNDAMENTIS ASTROLOGIÆ PERSICÆ.

I. Post adducta tot Chronologorum explanataqve testimonia, iam fundamenta qvoqve Astrologiæ libare placitum est. Varia autem hic vestigia non Persæ modo, sed & nonnulli ex Christianis seqvuntur. Pragmatici rerum scrutatores cœli machinam in *duodecim domicilia* partiuntur, qvæ *domos cœlestes* vocant, easqve varia ratione appellant, miras significationes addunt, & nescio qvas *fortitudines* & *debilitates* illis adscribunt.

Primam seu *vitæ* domum *Horoscopi* nomine indigitare solent, eamqve cardinem vel angulum orientis constituunt: *consignificatorem* ex cœli signis habere aiunt *Arietem*, ex Planetis vero *Saturnum* nacta est patronum, qvi in hac domo felix, faustus, fortis, nec ab infaustis Martis & aliorum Planetarum radiis læsus: gaudere in hac domo perhibent *Mercurium*, cum *fortitudinibus* qvinqve, & aspicere domum tertiam in *sextili*, qvartam in *qvadrato* & qvintam in *trigono*, &c. Ex hac porro iudicium fit de *ratione vitæ* ipsius nati, *de statu corporis* & ad qvænam *studia* astrorum inclinatione propendeat.

Altera *divitiarum*, *lucri* & *ministrorum* domus creditur, atqve ideo *spei* nomen Ptolomæus eidem indidit: sumitur enim hinc coniectura de bonis qva mobilibus, qva immobilibus nati,

peculio

peculio item supellectile divitiisqve omnibus, qvæ studio & labore, non vero hæreditate acqviruntur: *Consignificatores* ex cœlestibus signis habet in ordine *Taurum*; ex stellis erraticis *Iovem*, qvi ubi has sedes statione sua illæsus occupaverit, recens natum multis affluere divitiis pollicetur; *infortunatum* vero hanc domum Mars cum Sole reddere conantur. Atqve ut prima domus *capiti humano*, ita hæc *collo* & *cervici* præesse statuitur. Nullum Planetarum in hac domo *gaudere*, neqve cum Horoscopo ullam habere affinitatem Firmicus ait. Cæterum intuetur domum qvartam in *sextili*, qvintam in *qvadrato*, & sextam in *trigono*, cum reliqvis aliis coniungitur aspectibus.

Tertia domus a prosperorum faustorumqve eventuum *Dea Fratrum* & *Sororum* appellatur, qvos recens nato in vota faventes conciliare censetur: sumitur enim hinc iudicium de cognatis & agnatis, deqve concordia inter eos ipsum natum natamqve, de hospitalitate eius, fide, religione ac pietate, itineribus feliciter conficiendis: consignificatores ex Zodiaco habet *Geminos*, ex Planetis *Martem*; huc ex corporis humani partibus *manus* & *brachia* referuntur: fortunata a *Mercurio* redditur, infortunata vero a *Saturno* & *Marte*: exultat in hac domo *Luna*, qvæ aspicit qvintam in *Sextili*, sextam in *qvadrato*, & septimam in *trigono*, &c.

Imum cœli occupat qvarta domus, qvæ & fovea Planetarum dicitur, *Genitorumqve* locus appellatur, ex eo de parentibus eorumqve statu & conditione, de patrimonio, fortunis, ædificiis, fundis, hortis, vineis, agris, sylvis, pascuis, fodinis metallicis, thesauris absconditis & similibus iudicium elicitur. Consiliarios qvasi habet ex cœlesti Signifero *Cancrum* ex ordine Planetarum *Solem*: ex partibus corporis pectus, viscera & pulmones cum *qvatuor* cœli *potentiis* sibi vindicat. Nullus Planetarum *gaudio* hic locorum *indulget*: prospicit domum sextam in *sextili*, septimam in *qvadrato*, & octavam in *trigono*, cum reliqvis aliter configuratur.

Succedens qvinta domus *Liberorum* dicitur: inqvirit qvippe in eorum fortunæ bona vitæqve statum & conditionem: de terminat qvæ animum exhilarant, pretiosa indumenta, convivia, ludos aliaqve; item munera & dona qvæ in natum aliqvando conferentur. A consiliis habet ex Zodiaco *Leonem*, ex erraticis

*Venerem*, qvæ etiam *gaudio* hic *oblectatur*: imperium exercet cum *tribus fortitudinibus* in ipſum ventriculum, cor, hepar & nervorum compagem: contuetur ſeptimam ſedem in *ſextili*, octavam in *qvadrato* & nonam in *trigono*, &c.

*Malæ fortunæ* tribuitur ſexta domus: ex hac enim eruuntur ſententiæ de nati valetudine & infirmitate corporis, conflictatione cum morbis, vitiis oculorum & viſus debilitate: porro de ſervis & ancillis, fidis an infidis, vicinis commodis an incommodis eorumqve ſtatu iudicat, ac qvæ ante vitæ exitum nato ſint eventura. *Conſpirant* amice ex Planetis *Mercurius* cum *Virgine*: tribuitur ei *imperium* in ventrem & inteſtina: *debilitates* habet qvatuor & extrema gaudii *Mars* occupat cum *aſpectu* domus ſeptimæ in *ſextili*, &c.

*Coniugii* domus vocatur ſeptima: hinc ſumuntur coniecturæ de uxore & connubiis, de iurgiis lecti in qvo nupta iacet: de bellis, hoſtibus, inimicis, furibus & latronibus: eſt qvoqve emendi vendendiqve & variorum ſcelerum locus. *Conſiliarium Libram* ex ſignifero cum ipſa *Luna* habet: & qvia opponitur *vitæ domui* nimirum primæ, *mortem* qvoqve ex mente qvorundam & omnia qvæ nato *in vita opponuntur* & perpeſſu aſpera eveniunt conſiderat: proſpicit domum nonam in *ſextili*, &c. *fortitudines* qvatuor ei tribuuntur.

Octava tamen domus, ex ſententia orientalium populorum, rectius *Morti* atqve ſeptima adſcribitur; denotat etiam laborem, triſtitiam, mortuorum hæreditatem, & finem vitæ præſagit. A *conſiliis* eidem ſunt ex Zodiaco *Scorpio*, ex erraticis *Saturnus*: *præeſt* inferioribus humani corporis membris: *debilitatis* qvatuor habere putatur, & aſpicit domum decimam in *ſextili*, ſeptimam in *trigono*, &c.

*Religionis* & divini cultus nonum vocatur domicilium: ſumuntur hinc teſtimonia de fide & pietate, ſapientia & eruditione, munerumqve Eccleſiaſticorum dignitate, de conficiendis itineribus, & obeundis legationibus: depromuntur etiam inde characteres de Regum & Principum fidelibus Conſiliariis, candidis & non fucatis amicis. *Significationem* ei ex ſignis *Aqvarius*, ex erraticis vero *Sol* addunt: tibiis & cruribus *præeſſe* creditur. *Exultat* in hac domo *Sol*, mundi ille oculus, & *proſpicit* cum *duabus*

*duabus fortitudinibus* domum primam in *fextili*, undecimam in *qvadrato*, &c.

Decima *Regia* falutatur domus, itemqve *culmen* & *cardo* cœli: ex hac enim de imperii dignitatibus & officiis domus auguftæ, publicis reipublicæ muneribus fignificata defumuntur: ex hac qvoqve de patriæ proditoribus, transfugis, rebusqve furtim fublatis cuncta cognofcuntur. Confiliarios inter cœli figna agnofcit *Capricornum*, inter erraticas *Martem*: fingitur *præeffe* genibus & popliti: vindicat fibi *qvinqve* fortitudines & *fortunata* redditur a *Sole* & *Iove*, afpiciendo duodecimam domum in *fextili*, primam in *qvadrato*, &c.

Undecima *bonus Dæmon* & divinus quafi genius, propter falutarem & felicem rerum eventum dicitur: de Confiliariis Principum, qvi Regem in domo nona iam anteceffere, & in hac fubfeqvuntur: de Ducibus regiæ militiæ, qvam laudem cenfuramqve mereantur fit iudicium, an acceffiones & emolumenta in aulis eorum natus aliqvando habiturus fit: *pedibus* cum *fortitudinibus* tribus *præeffe* putatur.

Noviffima domus contraria ratione *malus Dæmon* a mala fignificatione audit: hoftium & inimicorum locus putatur, verumqve & non fallax de iis profert iudicium. Eft qvoqve fedes ærumnarum, laborum, dolorum, paupertatis, iniuriarum, malitiæ, meretricum & impoftorum: nec non animalium domefticorum & fylveftrium. A confiliis habet *Pifces* & *Venerem*: *exultat* in ea Saturnus; ipfi *Podagræ* eiusqve clientibus *benignam fe præbere* iudicatur. Profpicit cum qvinqve *debilitatibus* domum fecundam in *fextili*, &c.

II. Alterum Aftrologiæ fundamentum in *natura* & *proprietatibus* Planetarum qværitur, qvibus mirificos plane effectus Aftrologi adfcribunt. Principem hos inter locum occupat *Saturnus*, qvafi *fatur annis* dictus: remotiffimus ab orbe terrarum Planeta, qvem XXII vicibus recentiores exfuperare; veteres vero ultra nonagies tellure maiorem effe contendunt. Qvi armato oculo eum confpiciunt, perinde ac terram fuos habere *Planetas*, feu Comites aiunt: corpus eius non undiqvaqve eft rotundum, fed afperum, ad ovi inftar fere oblongum. *Frigidam* & *ficcam* habet naturam, qvando a Sole admodum

dum eſt remotus, truculentus in hæc ſublunaria, & ſi in Horoſcopo geniture cuiusdam infantis reperiatur, niſi benignus Planeta auſteritatem eius mitigaverit, carceres, morbos diuturnos, varias ærumnas, ipſamqve adeo mortem recens nato minatur: hinc vulgo **der Kinderfreſſer** appellatur: ſenibus & agricolis, podagra & paralyſi laborantibus præeſſe creditur. Sileo regnum *animale*, *vegetabile* & *minerale*, & qvæ imperia, provinciæ & civitates eiusdem præſidio ſubiiciuntur.

*Iupiter*, qvaſi *iuvans Pater*, adverſus nimirum Saturni & Martis minas, ita dictus; Planeta in ordine deſcendente ſecundus, aſpectu clarus & fulgens, qvi ex ſententia veterum tellurem nonagies qvinqvies magnitudine ſua ſuperat. Natura eius calida eſt & temperate humida, influxu perqvam benigna & ſalutaris; efficit enim homines bonæ indolis, ſapientiam amantes, in gerendis negotiis prudentes, graves, iuſtos, liberales, divites, fideles, felices, vulgo *Ioviales* dictos.

*Mars* tertius in ordine Planeta, inæqvali luce & varia figura micans, magnitudine ſua terram paulo exſuperare creditur. Natura eius calida & intemperanter ſicca, unde & iræ Dominus ſtatuitur: denotat furibundos, audaces, contentioſos, crudeles, eosqve omnes qvi ferrum & ignita opera tractant.

*Sol* qvaſi *ſolum lucens*, Planetarum medius, & non temporum modo, ſed qvaſi ſiderum Rector: corpus eius centies & qvadragies tellure maius eſſe ſtatuitur. Operatur calorem & ſiccitatem: perhibetur homines facere probos, magnificos, fortes, magnanimos, longævos, corpore incolumes menteqve ſerenos.

*Venus* ſic dicta a *veneror*, qvod pulchritudinis ſit veneratrix: Lumen eius Lunæ inſtar, ſtatis temporibus, creſcit decreſcitqve: corpus eius terra licet longe minus, ex nobiliori tamen, qvod ſcintillatio probat, ſed tamen adiaphana materia conflatum, commodisſimum habitaculum. Natura eius humida & moderate calida æſtimatur, omnimoda benignitate affluens: unde & connubiis aliisqve rebus lætificis præeſſe creditur. Efficere eandem aiunt fœminas facie rotunda oculisqve; immo fere tales qvales Iupiter; ſed luxu, otio atqve libidinibus diffluentes. In omnia naturæ regna principatum ſibi vindicat: arma ſeu inſignia eius *inverſum Imperii pomum*, denotans Veneris dominium univerſale, ſimul tamen omnium rerum everſionem.

*Mercu-*

*Mercurius* dictus qvasi a *merce*, siqvidem mercaturæ, rationum & eloqventiæ pater creditur. Sextus in ordine ex stellis erronibus, lucidus qvidem, sed exiguus admodum apparet, qvando Soli semper vicinus est, & qvantitate sua globum terrenum non excedit. Natura & influxu in sublunaria varium Ptolomæus æstimat, cum bonis bonum, cum malis malum cum fortunatis fortunatum & vice versa, calidus ob vicinitatem solis, humidus ob lunæ propinqvitatem. Homines efficere creditur ancipitis naturæ fortunæqve, semper nova excogitantes, nec qviescentes, callidos, astutos, & non adeo candide & aperte sua agentes. Imperium exercet in viros ingeniosos, mercatores, sagaces, vafros, versutos, & omnis generis artifices ingenii curiositate præcellentes: itineribus præest, & ex mercatura divitias donat.

*Luna* ab *aliena luce* sic dicta, Planetarum infimus, in tenebrarum remedium a DEO conditus: corpus eius vel qvadragies tellure minus esse perhibetur. Vocatur alias *humorum domina*, ob humidam & frigidam eius naturam: beneficos, laboriosos, sed inconstantes & mutabiles efficere homines putatur. Denotat uxores, plebem, & qvi assiduo in motu versantur, nautas, peregrinatores, qviqve legationis munera obeunt. Regit cerebrum & alias humani corporis partes: præest cunctis fere vegetabilibus, ac qvibusdam mineralibus,

*Et qvæ mersa fretis, concharum & carcere clausa,*
*Ad lunæ motum variant animalia corpus.*

De *materia globi lunaris* varii varia tradunt. Sunt qvi cum Aristotele affirmant, lunam tale esse corpus qvale *nostra* hæc *tellus*, asperum & inæqvale, ex aqva & terra unum globum constituens, montes itidem & valles, fluvios & maria habens. De incolis eius videatur *Erhardus Weigelius* in dissertatione de *Geoscopia Selenitarum.*

Cæterum ex recensitis modo Planetis, varii cum ipsa Luna potissimum efformantur *Aspectus* & *Configurationes*, ut vocant, qvæ nihil aliud sunt, qvam distantiæ certis numeris in cœlesti orbe computatæ. Primariæ ex his dicuntur *oppositio*, *trigonus qvadratus*, & *sextilis*, qvibus etiam additur *coniunctio*: ex his alii aspectus sunt *dextri* sive *benigni*, ut sextilis & trigonus, alii

*ſiniſtri* & *maligni*, ut qvadratus & oppoſitio: his additur *indifferens* coniunctio, qvibus etiam conſimiles earum naturis in hæc inferiora influxus attribuuntur. Reliqva in gratiam Excellentiſſimi Legati prolixe addita, ob chartarum perditionem, lubenti animo prætereo.

# CAPUT IV.

## DE VANITATE HUIUS ASTROLOGIÆ.

I. Poſtqvam ſummus rerum Opifex machinam cœleſtem, eximium illud manuum ſuarum opus, Domini gloriam enarrans, in diſtinctionem diei noctisqve condidiſſet, plures mox curioſæ profeſſionis homines, rectius vanos & mendaciſſimos errones dixeris, reperti fuere, qvi relicto Creatore, creaturas ſeu aſtra Deorum loco habuerunt, fauſtos infauſtosqve rerum eventus & qvicqvid in vita humana contingit, multo ante inveſtigare, atqve ex aſtris prædicere conati ſunt. Nemo qvidem eſt, qvi *lucem* & *calorem* Soli in hæc inferiora deneget; verum incrementa & decrementa vegetabilium & animalium terræ, itemqve imperium in voluntatem humanam, aſtris adſcribendum eſſe, ſanæ rationi repugnat: repugnat qvoqve divinis oraculis, Principum edictis, prudentum reſponſis & ſapientum effatis.

II. Sacris literis repugnare teſtantur loca Numer. XXIII, 23. *Non eſt in Iacobeis ulla divinatio, non eſt in Iſraelitis hariolatio.* Deuter. XIIX, 10. ſeqq. *Ne qvis invenitor in vobis aruſpex, hariolus, augur, præſtigiator, aſtrologus, Pythii conſultor, magus aut necromantis: nam inviſus Iovæ eſt qvisqvis iſta facit, & iſtorum ſcelerum cauſa Iova DEUS veſter vobis illos expulit: nam illæ qvidem gentes, in qvarum vos poſſeſſionem venitis, hariolis & aruſpicibus obtemperant.* Item Ierem. X, 1. 2: *Audite qvid vobis dicat Iova Dominus Iſraelis: Gentium morem ne diſcite, neve cœleſtia ſigna formidate, qvod ea gentes formident.* Obiiciunt contra vanitatis huius patroni: Vatem dicere *cœleſtia ſigna non eſſe formidanda*: ut pios moneat, auxilium a divino Numine petendum, qvoties cœli ſigna mali qvid denunciant. His reſpondemus, monere qvidem DEUM pios, ut precibus ſe commendent,

mendent, & rerum futurarum eventum sibi soli adscribant; sed vetare simul, ne ex siderum positu occulta qvis rimetur, aut ab his terreri se patiatur.

III. Repugnat qvoqve Principum rescriptis: constat enim Pomponium Lænatem & Cneum Calpurnium Coss. edicto *Chaldæos Astrologos abire ex urbe atqve exesse Italia iussisse: qvod levibus & ineptis ingeniis qvæstuosam mendaciis suis caliginem iniecissent.* De Tiberio qvoqve Svetonius: *Expulit*, inqvit, *& Mathematicos*, (Astrologos) *sed deprecantibus, & se artem desituros promittentibus, veniam dedit.*

IV. Execrantur eandem SS. Patres, Theologi, & qvi se Ecclesiæ ministros profitentur, qvando teste Epiphanio, Astrologiæ divinatoriæ deditos, cœtibus suis excluserunt.

V. Qvi sapientiam, historiam, politicam & disciplinas qvas vere Mathematicas appellamus excolunt, hanc superstitionem magnopere spernunt: Cai. Cornelius Tacitus, profundi oris & nunqvam satis laudandus Scriptor de Romanorum Astrologis: *Genus hominum*, inqvit, *potentibus infidum, sperantibus fallax, qvod in civitate nostra & vetabitur semper, & retinebitur.* Cuius effati ratio eo tendit, prohibitam semper apud Romanos Astrologiam fuisse, licet semper retentam: ut nescias maiorene gravitate vetuerint, an levitate toleraverint. Bene qvoqve Seneca pro evertenda hac superstitione: *Astrologi*, inqvit, *plerosqve dixerunt diu victuros, & nihil opinantes oppressit dies; aliis dederunt finem propinquum, at illi superfuerunt. Egentes inutilis animæ, felices nascentibus annos spoponderunt, ac fortuna in omnem properavit iniuriam. Claudium omnibus annis, omnibus mensibus Mathematici efferebant ut mortuum, & vixit tamen diutissime.* Exqvisiti censor iudicii in monitis & exemplis politicis: *Nihil*, inqvit, *in prædictionibus Astrologicis firmum, nihil ex arte certa, [qvicqvid assimulent] haustum, & qvi veriora dixisse videntur, a Geniis habere scimus, sed ipsi qvam ament & gaudeant nos fallere, id qvoqve scimus.* In eandem cum Lipsio conspirat sententiam amœnissimi ingenii vir Barclaius inqviens: *Impiæ huic arti accesserunt nefandorum Geniorum commercia: hi enim transacta inter homines secretaqve accurate explorant & sagaciter de futuro coniiciunt, erga Chaldæos, qvi in pudendam eorum familiaritatem acciti fuerunt,*

*fuerunt, suggerentibus ipsis prædixisse multa, nihil mirum est.* Paria fere adducit autor divinarum institutionum, & gentilium errorum destructor facundissimus Lactantius: *Diabolorum,* dicens, *inventa sunt Astrologia & aruspicina, & auguratio, & ipsa qvæ dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & qvicqvid malorum exercent homines vel palam vel occulte.* Adscribam coronidis loco verba Præceptoris & hospitis qvondam nostri in Academia Ienensi Erhardi Weigelii, ex opere, cui in vernacula **der Erd-Spiegel** nomenclatura indita est, qvæ sic sonant:

Allhier ist nochmal mit wenigem zu wiederholen / welcher Gestalt die so genante Astrologia, das ist / die Weissagungs-Kunst / oder vielmehr die blosse Einbildung / auß dem Gestirne von zukünfftigen / zumal willkührlichen Begebnüssen / zu iudiciren / und solche vorher zu verkündigen / keineswegs eine rechte mathematische Kunst seye / ob sie gleich derer zur Astronomie oder Himmels-Wissenschafft gehörigen Sterne zu Bescheinigung ihrer Schwachheiten sich bedienet. Sondern daß sie nur von denen Heydnischen abergläubigen Leuten / welche die Sterne des Himmels gar vor Götter gehalten / und dahero alle menschliche Händel ihrer vermeinten Regierung unterworffen haben / auß blo en Gutdüncken und blinden Muthmassungen vergeblich erdacht / und der edlen Astronomie, gleichsam als ein Wechselbalg / ins Hauß geworffen worden / um von derselbigen einige Authorithät zu erborgen / und bey den Leuten dahero desto beliebter und Ansehnlicher zu werden. Wie solches unter andern vornehmlich der berühmte Salmasius aus dem Grund heraus führet / und in seinem Tractat de Annis Climactericis handgreifflich darthut und beweiset.

## COROLLARIA.

I. Persicum mare dari in Luna, & incolas in aliis Planetarum Orbibus, DN. Hevelio, Hugenio, Galileo, Cartesio, Is. Vossio, Burneto, Leibnitzio, Angliæ Episcopo Wilkinsio, Bornmanno &c. admodum verisimile videtur.

II. Persiam cum aliis Orbis terrarum partibus iugiter rotari, rationi non contrariatur.

III. Persiam Protoplastorum Paradisum fuisse, ex Geographiæ rationibus constat.

IV. Persiam conterminam Ophir, qvo Salomon navalem instituit expeditionem, probabile est.

V. Persicum, seu Caspium mare aqvas suas Oceano communicat.

VI. Persicam, aut Babylonicam lingvam primævam & antiqvissimam esse, sunt qvi cum ratione asserunt.

VII. Persiam suum habere Genium tutelarem, ex Danielis cap. X, & XII, 1. plurimi SS, Patrum, & recentiorum Theologorum affirmant.

IIX. Stellas fixas veros Soles esse, & ex ignea constare materia, veteres & recentiores Astronomi recte opinantur.

IX. Astrorum influxus, præter lucem & calorem, nullus datur.

X. Persica vox Almanach, titulus Persici Calendarii, non est contracta ex Germanico: Als man nach scilicet **Christi Geburth schrieb**...

XI. Planetæ vocem fœminini esse generis, Grammatici qvidam asserunt.

XII. Athenæus celebris scriptor per diphthongum, Atheneum vero docendi locus etiam simplici litera recte scribitur.

❁ ❁ ❁
❁ ❁



